



45

BRUNNEN  
BETRIEBS  
FIRMA  
GOTTLIEB  
TREU

40.

# RECTOR ET CONSI- LIUM PERPETUUM IN ACA- DEMIA LIPSIENSI.

**R**æmia & pœnas esse duas Rerumpublicarum anchoras, scitè divinus Plato dixit, & dicti veritatem experientia totâ die comprobat. Ut enim fluctibus decumanis & decussatim confligentibus invicem procellis agitata navis, ne frangatur, anchorâ sistitur: Sic Respublica, ne inter motus civium varios pessum eat, præmiis & pœnis. Honorum gradibus, fortunæ ansis, ut & pœnis pro delictorum qualitatibus inflictis, & nostra Respublica literaria conservata fuit hæc tenus, & adhuc per DEI gratiam conservatur. Quantumvis autem ad decernenda præmia, qvâm infligendas pœnas esse soleamus promotores, miltoties tamen, velimus nolimus, (ne quis forsan vindictæ propriæ cupidos arguere nos queat) opus alienum, qvo facere possimus proprium, suscipere cogimur. Hæc ipsa necessitas nobis imponitur, cùm post promulgatum autoritate supremi Magistratûs, qvæ Sacro-Sancta omnibus esse deberet, Edictum Pennalismi & aliarum in Academiis confusionum Cassatorium, nihilominus inventi fuerint, qui fronte perficitâ residuas sub cineribus villas animare, qvin & oleum Camino instillare sibi probro minimè duxerunt. Horum ex numero jam sistimus

**ANDREAM NEUTHAL** Virginaliâ Curlandum,  
**CHRISTOPHORUM-FRIDERICUM BREÜERUM**

Martisburgensem, nec non

**MATTHIAM TEKARTVM** Isenacensem.,

qvorum ille pro beneficiis exhibitis ingratus & perjurus non tantum duellis & contentionibus, ex qvibus etiam luxura sua qvæsivit, hæc tenus inclaruit ( si claritas ex vitiis comparari potest ulla ) sed etiam fenestras in ædibus Magistratûs, cùm suo secundum supremi Magistratûs præscriptum fungeretur officio, lapidibus sceleratè perfregit, iste Pennalismi fautor strenuus caudas vulpecularum Scholasticarum ( ut loqvi solet pestiferum hoc hominum genus ) decurtare cœpit, hic discretiones ex duellantum reconciliationibus collegit, omnes Edicti Cassatorii perversores, & quantum in ipsis fuit, eversores. Utut autem in hosce Majestatum & ordinis civini contemtores, uno verbo, societas humanæ ( quid enim de talibus, qui nec DEUM, nec ullum in terris Magistratum verentur, sperandum ? ) pestes exclusione per Academias confœderatas vulganda jure animadvertere potuissimus , ne tamen de nimio rigore conqueri necessum habeant, & tamen nostro non desimus officio, **TE**

**ANDREAM NEUTHAL** Virginaliâ Curlandum,

*ad Sexennum,*

**Vos CHRISTOPHORUM-FRIDERICUM BREÜERUM**

Martisburgensem &

**MATTHIAM TEKARDUM** Isenacensem,

utrumqve ad quadriennium, rem cum Academiis confœderatis communicaturi, ex hac Philyréa relegamus, &, qvia conscientiæ stigmatae notati fugâ pœnam hanc anteverttere voluistis, divinæ tamen vindictæ vos minimè subtracturi, ne ante præfinitum tempus, nisi excludi penitus velitis, pedem in hæc sacraria denuò inferatis, vigore præsentium severè præcipimus. Qvos verò privatim relegavimus, eos, ut absqve interpositâ morâ convalescent, & portâ excedant, nec ante præstitutum tempus in hoc loco se conspici sinant, nisi pœnas exasperari sibi velint, jubemus. In hæc Exempla intuentur alii ( pœnas enim has exemplares volumus ) ab ejusmodi flagitiis sibi caveant, & legibus Academicis, qvibus jumento tenentur obstricti, sese conforment, nisi prædictis relegatis in delictis juncti simul in pœnis jungi velint. Nec enim nimiâ lenitatem petulantiam juventutis aliâs ad mala satis proclivis fovere, multò minus provocare animus nobis est, sed ut Edictum Cassatorium in omnibus punctis & clausulis sartum tectum apud nos conservetur, diuino auxilio & supremi Magistratûs autoritate freti, omnem lapidem mcvebimus, omnemqve cuneum versabimus.

*P. P. XV. Cal. Sept. Dominicâ X.*

*post Trin. Anno MDC LXI.*






# RECTOR ET CONSI- LIUM PERPETUUM IN ACA- DEMIA LIPSIENSI.



Ræmia & pœnas esse duas Rerum publicarum

anchoras, scitè divinus Plato dixit. & dicti veritatem experientia totâ die comprobat.



tiores, multum, quo famulatum aut in Academii villas animar

ANDREAM NEUTHAL Virginalia Curlandum,  
CHRISTOPHORUM-FRIDERICUM BREÜERUM

Martisburgensem, nec non

MATTHIAM TEKARTVM Isenacensem.,

qvorum ille pro beneficiis exhibitis ingratus & perjurus non tantum duellis & contentionibus, ex qvibus etiam luxura sua qvæsivit, hactenus inclaruit ( si claritas ex vitiis comparari potest ulla ) sed etiam fenestras in ædibus Magistratus, cum suo secundum supremi Magistratus præsciuptum fungeretur officio, lapidibus scelerate perfregit, iste Rennalisini fautor strenuus caudas vulpecularum Scholasticarum ( ut lōqvi solet pestiferum hoc hominum genus ) decurtare cœpit, hic discretiones ex duellantum reconciliationibus collegit, omnes Edicti Cassatorii perversores, &, quantum in ipsis fuit, eversores. Utut autem in hosce Majestatum & ordinis divini contemtores, uno verbo, societas humanae ( qvid enim de talibus, qui nec DEUM, nec ullum in terris Magistratum verentur, sperandum ? ) pestes exclusione per Academias confederatas vulganda jure animadvertere potuissimus , ne tamen de nimio rigore conqueri necessum habeant, & tamen nostro non desimus officio, TE

ANDREAM NEUTHAL Virginalia Curlandum,

ad Sexennium,

Vos CHRISTOPHORUM-FRIDERICUM BREÜERUM

Martisburgensem &

MATTHIAM TEKARDUM Isenacensem,

utrumque ad quadriennium, rem cum Academiis confederatis communicaturi, ex hac Philyréa relegamus, &, qvia conscientiae stigmatae notati fugá pœnam hanc antevertere voluistis, divinæ tamen vindictæ vos minimè subtracturi, ne ante præfinitum tempus, nisi excludi penitus velitis, pedem in hæc sacraria denuò inferatis, vigore præsentium severè præcipimus. Qvos vero privatim relegavimus, eos, ut absqve interpositâ morâ convalescent, & portâ excedant, nec ante præstitutum tempus in hoc loco se conspici sinant, nisi pœnas exasperari sibi velint, jubemus. In hæc Exempla intucentur alii ( pœnas enim has exemplares volumus ) ab ejusmodi flagitiis sibi caveant, & legibus Academicis, qvibus jumento tenentur obstricti, se conforment, nisi prædictis relegatis in delictis juncti simul in pœnis jungi velint. Nec enim nimiâ lenitate petulantiam juventutis alias ad mala satis proclivis fovere, multò minus provocare animus nobis est, sed ut Edictum Cassatorium in omnibus punctis & clausulis sartum tectum apud nos conservetur, diuino auxilio & supremi Magistratus autoritate freti, omnem lapidem movebimus, omnemque cuneum versabimus.

P. P. XV. Cal. Sept. Dominicæ X.

post Trin. Anno M DCLXI.